



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 1100. Usque Ad Annum 1143

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1762**

**VD18 90117999**

§. 32. Oratio ad Templarios.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66385](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66385)

Sæcul. XII.  
A.C. 1135.

§. XXXII.

*Oratio ad Templarios.*

*Opus. VI.* Sub idem tempus atque ante anni mille  
 c. I. simi centesimi trigesimi sexti exor-  
 dium S. Bernardus Sermonem exhorta-  
 tionis ad Milites templi, rogatus ab Ho-  
 gone, primo illius Sacrae militiae Mag-  
 istro, postquam hic Ordo late propagan-  
 coepisset, scripsit. In quo dicit: *No-*  
*vum hoc est Militiæ genus, superioribus*  
*Sæculis ignotum, quo gemino pariter con-*  
*flictu contra hostes visibiles & invisibles*  
*strenue decertatur. Non adeo rarum est*  
*conspicere milites Sæculi fortiter dimic-*  
*re, Monachis vero plenus mundus cer-*  
*tetur, sed munus utriusque Ordinis, militi-*  
*ris & monastici, in vobis conjunctum vi-*  
*dere, eo magis admiratione dignum est,*  
*quo magis insolitum. Inferius dicit: No-*  
 c. 3. *mo majore fiducia in prælium ruit, quam*  
*qui certissimus est, se post pugnam vel vi-*  
*ctoriam reportaturum esse, vel certe, si*  
*pro causa Dei cadat, gloriosum Marti-*  
*rium. Notat, quod milites in bellis hu-*  
*jus Sæculi proæliantes animam suam pe-*  
*riculo exponant, si belli causa justa non*  
*sit, nec recta militantis intentio, & ne*  
*quidem illius approbat victoriam, qui*  
*ne ipse occidatur alterum interficit.*  
*Sed affirmat bellum, contra Infideles su-*  
*sceptum, esse Deo gratum, adjiciens ta-*  
*mē,*

men, nec ipsos de vita esse deturbandos, Sæcul. XII.  
si alia via coerceri possent, ne Christia- A.C. 1135.  
nos crudeliter vexent, vel opprimant.

c. 4.

Vitam vero & mores Militum Temporiorum S. Bernardus nobis exhibit in hunc modum: *Eunt & redeunt ad nutum Magistri, qui ipsis præest. In cibis & vestitu omne superfluum carent, sed soli necessitati consulunt. In communi, jucunda & sobria conversatione absque uxori-bus & absque liberis degunt, nihil proprium ne quidem suam voluntatem possident.* Nullo tempore aut otiosi sedent, aut curiosi vagantur, sed, cum non procedunt in hostem (quod quidem raro contin-  
git) vel arma bebetata reparant, & accidunt, vel vestimenta scissa resarcunt, vel vetusta reficiunt, aut denique opus sibi a Magistro injunctum peragunt. Nec verbum insolens, nec opus inutile, risus immoderatus, murmuratio vel tenuis, ubi reprehenditur, relinquitur inemendata. Scacos, \* & aleas detestantur, borrent ve-  
nationem, nec ludicra avium rapina dele-  
cantur. Mimos, & Comicos, cantilenas scurriles, ac ludorum spectacula respuunt & abominantur. Capillos tondent, nunquam compti, raro loti, sed magis neglesto crine bispidi, pulvere fædi, & solis ardore adusti. Porro, imminentे pugna, intus Fide, foris ferro, non auro se muniunt, equos habent velocias non pbaleratos. Consulte

\* ludus la-  
trunculo-  
rum.

Sæcul. XII. sulte ac caute in aciem se se comparant;  
 A.C. 1135. at ubi ad certamen ventum est, irruunt  
 in adversarios, nec eorum furorem, ne  
 multitudinem formidantes sed sperantes  
 Dei auxilio, qui Dominus exercituum est.  
 Ita monaci mansuetudinem & militis for-  
 titudinem conjungunt. Et inferius: Haec  
 c. 5. Hierosolymis aguntur, & totus orbis ex-  
 citatur, plurimique ab Oriente & Occi-  
 dente ad Civitatem Dei confluunt. Illa  
 autem renobilis jucundius, nihil commodius  
 & magis salutare, quam quod pauci Sacra  
 Templi militiae nomen dent, nisi scelerati  
 & impii, raptiores & Sacrilegi, latrones,  
 perjuri, adulteri, quorum omnium con-  
 versio duplex bonum producit, dum eorum  
 patria a malis civibus liberatur, & ter-  
 ra Sancta, cui subveniunt, de ipsorum au-  
 xilio lætatur. Sic nempe Christus in Chris-  
 tianos peccatores ulciscitur, facitque ex  
 iis milites suos, ut de Adversariis Infidi-  
 libus triumphet.

## §. XXXIII.

*Pœnitentia Pontii Lazareni.*

*narrat. to. 3. Ba-* Illa tempestate quidam Vir Nobilis in  
*miscell. Ba-* Occitania pœnitentiæ exemplum me-  
*luz. p. 205.* morabile præbuit. Is Pontius nomina-  
**\*Lodeve.** batur Larazæ, arcis & natura & arte in-  
 expugnabilis in Diœcesi Lutevensi\*, Do-  
 minus. Virum commendabant Nobili-  
 tas sanguinis, opulentia, ingenium, quod  
 natura